



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt poenitentia absque personæ acceptione iniungatur. xxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

fuert. Ita quoq; nullus sacerdotū, vel pōtifex peccatorum vulnera curare potest, animab⁹ peccata auferre, nisi prestāte sollicitudine & oratione lachrymarum. Necesse est ergo fratres charissimi vos sollicitos esse pro peccātibus: quia sumus alterutrū membra. Ideoq; & nos si viderim⁹ aliquē in peccatis iacentem, festinemus eum ad pœnitentiam per nostram doctrinam vocare. Et quotiescunque dederis consilium peccanti, simul quoq; da illi pœnitentiā statim, quantum debeat ieiunare, aut eleemosynis redimere peccata sua: ne fortè obliuiscaris quæ tibi iam dixit, & iterum necesse sit tibi interrogare, & forsitan erubescet iterum peccata sua confiteri, & inuenietur iam amplius iudicari.

Quod contingat hominem interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccare.

Caput XXXIII.

Sed & hoc emédatione indigere perspeximus, quòd quidam dum confitentur peccata sua sacerdotibus non plene id faciunt. Quia ergo constat hominem ex duabus esse substantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, solerti indagatione debent inquiri ipsa peccata, vt vtrisque plena sit confessio, scilicet vt & ea cōfiteātur quæ per corpus gesta sunt, & ea quibus in sola cogitatione delinquitur. Instruendus est itaque peccatorum suorum confessor, vt de octo principalibus vitiis, sine quibus in hac vita difficile viuitur, confessionē faciat: quia aut cogitatione, aut, quod grauius est, opere, eorum instinctu peccauit: odium etenim, inuidia, superbia, vel cæteræ huiuscemodi animæ pestes tantò periculosius lædunt, quanto subtilius serpunt.

Vt pœnitentia absque personæ acceptione imponatur.

Caput XXXV.

VT sacerdos pœnitentiam imploranti, absque personæ acceptione, pœnitentiæ leges iniungat.

*Ex cōcil.
Cartha.
cap. 74.*

De incestis occultè commissis. Cap. XXXVI.

Siquis incestum occultè commiserit, & sacerdoti occultè confessionem egerit, indicetur ei remedium canonicū quod subire debuisset, si eius facinus publicatū fuisset. Verum quia latet commissum, detur ei à sacerdote consilium, vt saluti animæ suæ pro occulta pœnitentia proficiat, hoc

*Ex dictis
August.*